Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25884
Copyright: Admont, Benediktinerstift



105

ius uir: Hoc uero dixisti.
Dicit ei mulier: Domine uideo quia propheta es tu. Patres
nostri in monte hoc adora-
uerunt et uos dicitis quia in
Hierosolimis est locus ubi
adorare oportet. Dicit ei
ihesus. Mulier crede mihi quia
uenit hora quando neque in
monte hoc neque in Hierosolo-
limis adorabitis patrem.
Vos adoratis quod nescitis
nos adoramus quod scimus quia
salus ex iudeis est. Sed
uenit hora et nunc est quan-
do ueri adoratores adora-
bunt patrem in spiritu et ueri-
tate. Nam et pater tales
querit qui adorent eum.
Spiritus est deus. et eos qui adorant
eum in spiritu et ueritate oport-
et adorare. Dicit ei mulier:
Scio quia messias uenit qui
dicitur xpistus. Cum autem uenerit
ille nobis annuncia-
bit omnia. Dicit ei ihesus. Ego
sum qui loquor tecum. Et
continuo uenerunt discipuli.
et mirabantur quia cum mulie-
re loquebatur. Nemo tamen
dixit quid queris. aut quid lo-
queris cum ea. Reliquit ydria-
am suam mulier et abiit in
ciuitatem et dicit illis homi-
nibus. Venite et uidete ho-
minem qui dixit mihi quecumque
omnia feci. Numquid ipse est xs.
Exierunt de ciuitate et ueniebant
ad eum. Interea interro-
gabant eum discipuli dicen-
tes. Rabbi manduca. Ille
autem dixit eis. Ego cibum ha-
beo manducare quem uos
nescitis. Dicebant ergo disci-
puli ad inuicem: Numquid
aliquis attulit ei manduca-
re. Dixit eis ihesus. Meus ci-
bus est ut faciam uoluntatem
eius qui misit me ut perficiam
opus eius. Nonne uos dicitis